Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

genus dæmoniorum nō eicit
nisi in oratione et ieunio Tria
satisfactio est medicina preseruans a peccato futuro et expians a peccato. Et licet elemosina habeat vim expiandi quandoque
partem peccati non tamen habet vim
preseruandi a peccato quocumque
futuro. quia oratio et ieunium
preseruat a quibusdam peccatis
non tamen pro modo meriti
quia etiam elemosina facit sed etiam
pro modo continue assuetudinis
Et sic dicit Math. 18° Hoc
genus dæmoniorum nō eicit
nisi in oratione et ieunio Et
glo. ibidem dicit Ieunio suam
pestem corporis oratio pestem
mentis et fortasse hoc intelligi
quia aliqua peccata tam ieunio
et oratione sanantur || Ut en
restitutio sit pars satisfactionis
Vno Illud opus penale est
satisfactionis pars pro quod secundum
diuinam iusticiam soluit vel
remittit pars pene debite
pro peccato. Hz. aut Anselm
qui sententiam 10. c. Iusticia in deo
duplici con considerat Vno
modo de iusticia dei cum detrimento
bonitatis eius Alio modo restitutio
voluntatis in volendo
vnicuique tribuere suum mita
Dicit ergo quod restitutio est
aliqua pars satisfactionis per
compensationem ad iusticiam primo

dictam cum detrahit eam diuina
bonitate ut homini facienti
actum quem deus reputat non
tam imputet quam illum ad mitigare
sed etiam pro illo remittit
sibi aliquam partem pene pro
peccato debite. Sicut videmus quod
rex liberalis militi suo sibi
reconciliato obligato tam ad
aliquam emendam puta aliquid
fore tenetur quod fecerit aliquam
remittit partem emende propter
hoc quod fideliter exhibet regi
obsequium quod aliis impendere
tenebatur Per compensationem
aut ad iusticiam secundo dictam
restitutio non est pars satisfactionis
nec cum summo rigore
iusticie. Et homo satisfacit
per illud opus quod faciendum
erat obligatus etiam si non
peccasset vel si tota pena
pro peccato debito exoluisset.
Vnde Anselm. lib. 1° Cur deus
homo si non peccasti non
debes hoc computare pro
debito quod debes pro peccato
Ad plus autem tenetur ille qui
pena pro peccato debita non
exoluit qui ille qui penam
exoluit Dicendum ergo quod
cum pro restitutione deus re
mittat aliquam partem pene
peccato debite iuste facit iusti
cia compensante valore
meritorum Et ab hac positione